Firmiſſime tene et nullatenus dubites vnam ex trinitate perſonam ideſt deum filium qui de natura dei patris ſolus natus eſt et vnius eiuſdemq; nature cum patre eſt ipſũ in plenitudine tẽporis ſecundũ ſuſcepcionem forme ſeruilis voluntarie concep tum in virgine. et natum de virgine. verbum carnem factum. Ipſumq; eſſe qui eſſencialiẗ natus eſt de patre. et eſſencialiter conceptꝰ eſt. natuſq; de virgine. ipſumq; vnũ eſſe et vnius nature cum virgine qui ait. De deo patre ante ſecula fundauit me. et ante omnes colles genuit me. De quo eciam dixit apoſtolus. quia cum venit plenitudo temporis miſit deꝰ filium ſuũ factũ ex muliere. factũ ſub lege.

Firmiſſime tene ⁊ nullatenus dubites criſtum dei filiũ ſicut de deo patre plenum perfectũq; deum hominẽ genitũ ideſt vbũ deũ habẽtẽ ſcilicet ſine peccato verũ noſtri generis carnem et animam racionalẽ. Quia ipſe deus filius euidenter oſtendit dicens de carne ſua. Palpate ⁊ videte quia ſpiritus carnẽ et oſſa nõ habet ſicut me videtis habere. animam quoq; ſe habere hijs verbis

oſtendit dicēs · Propterea me pater diligit
quia ego pono animam meam · Intellectum
quoqȝ anime ſe habere oſtēdit in eo quod ait
Diſcite a me quia mitis ſum et humilis corde
et de ipſo deus per prophetam dicit · Ecce in
telliget puer meꝰ et exaltabitur · et ſublimis
erit valde · Nam et beatus petrus ſecundum
ſancti dauid prophetiā in criſto carnē atqȝ
animam cōfitetur · De ipſo enim beato dauid
loquens ait · · Propheta igitur cum eſſet ⁊
ſciret quia iureiurando iuraſſet illi deꝰ de fruc
tu lumbi eius ſedere ſuper ſedē eius prouidēs
locutus eſt de reſurrectione criſti quia neqȝ de
relicta eſt anima eius in inferno · Neqȝ ca
ro eius vidit corrupcionem ·

Firmiſſime tene et nullatenꝰ dubites
Vnum atqȝ ipſum eſſe deum verum q̄
cum patre deo ſpiritu ſancto deo fecit
omnia tempora · Et in monte ſyna legem
moyſi dedit · ordinatam per angelos · ⁊ ipſum
deum verbum carnem factum · qui veniente ple
nitudine temporis miſſus a patre et a ſpiritu
ſancto ſolus factus eſt ex muliere quam fecit ·
ſolus factus eſt ſub lege quam dedit ·